

## Epistola Petri II

1:1 Simon Petrus seruus et apostolus Iesu Christi his qui coaequalem nobis sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri et saluatoris Iesu Christi 1:2 gratia uobis et pax adimpleatur in cognitione Domini nostri 1:3 quomodo omnia nobis diuinae uirtutis suae quae ad uitam et pietatem donata est per cognitionem eius qui uocauit nos propria gloria et uirtute 1:4 per quae maxima et pretiosa nobis promissa donauit ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem 1:5 uos autem curam omnem subinferentes ministrare in fide uestra uirtutem in uirtute autem scientiam 1:6 in scientia autem abstinentiam in abstinentia autem patientiam in patientia autem pietatem 1:7 in pietate autem amorem fraternitatis in amore autem fraternitatis caritatem 1:8 haec enim uobis cum adsint et superent non uacuos nec sine fructu uos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione 1:9 cui enim non praesto sunt haec caecus est et manu temptans obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum 1:10 quapropter fratres magis satagite ut per bona opera certam uestram uocationem et electionem faciatis haec enim facientes non peccabitis aliquando 1:11 sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in aeternum regnum Domini nostri et saluatoris Iesu Christi 1:12 propter quod incipiam uos semper commonere de his et quidem scientes et confirmatos in praesenti ueritate 1:13 iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitione 1:14 certus quod uelox est depositio tabernaculi mei secundum quod et Dominus noster Iesus Christus significauit mihi 1:15 dabo autem operam et frequenter habere uos post obitum meum ut horum memoriam faciatis 1:16 non enim doctas fabulas secuti notam fecimus uobis Domini nostri Iesu Christi uirtutem et praesentiam sed speculatores facti illius magnitudinis 1:17 accipiens enim a Deo Patre hono-

1:1 Simon Peter, a servant and an apostle of Jesus Christ, to them that have obtained like precious faith with us through the righteousness of God and our Saviour Jesus Christ:

1:2 Grace and peace be multiplied unto you through the knowledge of God, and of Jesus our Lord,

1:3 According as his divine power hath given unto us all things that pertain unto life and godliness, through the knowledge of him that hath called us to glory and virtue:

1:4 Whereby are given unto us exceeding great and precious promises: that by these ye might be partakers of the divine nature, having escaped the corruption that is in the world through lust.

1:5 And beside this, giving all diligence, add to your faith virtue; and to virtue knowledge;

1:6 And to knowledge temperance; and to temperance patience; and to patience godliness;

1:7 And to godliness brotherly kindness; and to brotherly kindness charity.

1:8 For if these things be in you, and abound, they make you that ye shall neither be barren nor unfruitful in the knowledge of our Lord Jesus Christ.

1:9 But he that lacketh these things is blind, and cannot see afar off, and hath forgotten that he was purged from his old sins.

1:10 Wherefore the rather, brethren, give diligence to make your calling and election sure: for if ye do these things, ye shall never fall:

1:11 For so an entrance shall be ministered unto you abundantly into the everlasting kingdom of our Lord and Saviour Jesus Christ.

1:12 Wherefore I will not be negligent to put you always in remembrance of these things, though ye know them, and be established in the present truth.

1:13 Yea, I think it meet, as long as I am in this tabernacle, to stir you up by putting you in remembrance;

1:14 Knowing that shortly I must put off this my tabernacle, even as our Lord Jesus Christ hath shewed me.

1:15 Moreover I will endeavour that ye may be able after my decease to have these things always in remembrance.

1:16 For we have not followed cunningly devised fables, when we made known unto you the power and coming of our Lord Jesus Christ, but were eyewitnesses of his majesty.

1:17 For he received from God the Father honour and glory, when there came such a voice to him from the excellent glory, This is my beloved Son, in whom I am well pleased.

# Biblia Sacra Vulgata

rem et gloriam uoce delapsa ad eum huiuscemodi a magna gloria hic est Filius meus dilectus in quo mihi conplacui 1:18 et hanc uocem nos audiuius de caelo adlatam cum essemus cum ipso in monte sancto 1:19 et habemus firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis adtendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco donec dies inlucescat et lucifer oriatur in cordibus uestris 1:20 hoc primum intellegentes quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit 1:21 non enim uoluntate humana adlata est aliquando prophetia sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines

1:18 And this voice which came from heaven we heard, when we were with him in the holy mount.

1:19 We have also a more sure word of prophecy; whereunto ye do well that ye take heed, as unto a light that shineth in a dark place, until the day dawn, and the day star arise in your hearts:

1:20 Knowing this first, that no prophecy of the scripture is of any private interpretation.

1:21 For the prophecy came not in old time by the will of man: but holy men of God spake as they were moved by the Holy Ghost.

2:1 But there were false prophets also among the people, even as there shall be false teachers among you, who privily shall bring in damnable heresies, even denying the Lord that bought them, and bring upon themselves swift destruction.

2:2 And many shall follow their pernicious ways; by reason of whom the way of truth shall be evil spoken of.

2:3 And through covetousness shall they with feigned words make merchandise of you: whose judgment now of a long time lingereth not, and their damnation slumbereth not.

2:4 For if God spared not the angels that sinned, but cast them down to hell, and delivered them into chains of darkness, to be reserved unto judgment;

2:5 And spared not the old world, but saved Noah the eighth person, a preacher of righteousness, bringing in the flood upon the world of the ungodly;

2:6 And turning the cities of Sodom and Gomorrah into ashes condemned them with an overthrow, making them an ensample unto those that after should live ungodly;

2:7 And delivered just Lot, vexed with the filthy conversation of the wicked:

2:8 (For that righteous man dwelling among them, in seeing and hearing, vexed his righteous soul from day to day with their unlawful deeds;)

2:9 The Lord knoweth how to deliver the godly out of temptations, and to reserve the unjust unto the day of judgment to be punished:

2:10 But chiefly them that walk after the flesh in the lust of uncleanness, and despise government. Presumptuous are they, selfwilled, they are not afraid to speak evil of dignities.

2:11 Whereas angels, which are greater in power and might, bring not railing accusation against them before the Lord.

2:1 fuerunt uero et pseudoprophetae in populo sicut et in uobis erunt magistri mendaces qui introducent sectas perditionis et eum qui emit eos Dominum negant superducentes sibi celerem perditionem 2:2 et multi sequentur eorum luxurias per quos uia ueritatis blasphemabitur 2:3 et in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur quibus iudicium iam olim non cessat et perditio eorum non dormitat 2:4 si enim Deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciatos reseruari 2:5 et originali mundo non pepercit sed octauum Noe iustitiae praeconem custodiuit diluuium mundo impiorum inducens 2:6 et ciuitates Sodomorum et Gomorraeorum in cinerem rediens euersione damnauit exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens 2:7 et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria conuersatione eruit 2:8 aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui diem de die animam iustam iniquis operibus cruciabant 2:9 nouit Dominus pios de temptatione eripere iniquos uero in diem iudicii cruciandos reseruare 2:10 magis autem eos qui post carnem in concupiscentia inmunditiae ambulant dominationemque contemnunt audaces sibi placentes sectas non metuunt blasphemantes 2:11 ubi angeli fortitudine et uirtute cum sint maiores

## Epistola Petri II

non portant aduersum se execrabile iudicium 2:12 hii uero uelut inrationabilia pecora naturaliter in captionem et in perniciem in his quae ignorant blasphemantes in corruptione sua et peribunt 2:13 percipientes mercedem iniustitiae uoluptatem existimantes diei delicias coinquinationes et maculae deliciis affluentes in conuiuuiis suis luxuriantes uobiscum 2:14 oculos habentes plenos adulterio et incessabiles delicti pellicentes animas instabiles cor exercitatum auaritia habentes maledictionis filii 2:15 derelinquentes rectam uiam errauerunt secuti uiam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit 2:16 correptionem uero habuit suae uesaniae subiugale mutum in hominis uoce loquens prohibuit prophetae insipientiam 2:17 hii sunt fontes sine aqua et nebulae turbinibus exagitatae quibus caligo tenebrarum reseruatur 2:18 superba enim uanitatis loquentes pellicent in desideriis carnis luxuriae eos qui paululum effugiunt qui in errore conuersantur 2:19 libertatem illis promittentes cum ipsi serui sint corruptionis a quo enim quis superatus est huius et seruus est 2:20 si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et saluatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur facta sunt eis posteriora deteriora prioribus 2:21 melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato 2:22 contigit enim eis illud ueri prouerbii canis reuersus ad suum uomitum et sus lota in uolutabro luti

3:1 hanc ecce uobis carissimi secundam scribo epistulam in quibus excito uestram in commonitione sinceram mentem 3:2 ut memores sitis eorum quae praedixi uerborum a sanctis prophetis et apostolorum uestrorum praeceptorum Domini et saluatoris 3:3 hoc primum scientes quod uenient in nouissimis diebus in deceptione inlusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes 3:4 dicentes ubi est promissio aut

2:12 But these, as natural brute beasts, made to be taken and destroyed, speak evil of the things that they understand not; and shall utterly perish in their own corruption;

2:13 And shall receive the reward of unrighteousness, as they that count it pleasure to riot in the day time. Spots they are and blemishes, sporting themselves with their own deceivings while they feast with you;

2:14 Having eyes full of adultery, and that cannot cease from sin; beguiling unstable souls: an heart they have exercised with covetous practices; cursed children:

2:15 Which have forsaken the right way, and are gone astray, following the way of Balaam the son of Bosor, who loved the wages of unrighteousness;

2:16 But was rebuked for his iniquity: the dumb ass speaking with man's voice forbad the madness of the prophet.

2:17 These are wells without water, clouds that are carried with a tempest; to whom the mist of darkness is reserved for ever.

2:18 For when they speak great swelling words of vanity, they allure through the lusts of the flesh, through much wantonness, those that were clean escaped from them who live in error.

2:19 While they promise them liberty, they themselves are the servants of corruption: for of whom a man is overcome, of the same is he brought in bondage.

2:20 For if after they have escaped the pollutions of the world through the knowledge of the Lord and Saviour Jesus Christ, they are again entangled therein, and overcome, the latter end is worse with them than the beginning.

2:21 For it had been better for them not to have known the way of righteousness, than, after they have known it, to turn from the holy commandment delivered unto them.

2:22 But it is happened unto them according to the true proverb, The dog is turned to his own vomit again; and the sow that was washed to her wallowing in the mire.

3:1 This second epistle, beloved, I now write unto you: in both which I stir up your pure minds by way of remembrance:

3:2 That ye may be mindful of the words which were spoken before by the holy prophets, and of the commandment of us the apostles of the Lord and Saviour:

3:3 Knowing this first, that there shall come in the last days scoffers, walking after their own lusts,

3:4 And saying, Where is the promise of his coming? for since the fathers fell asleep, all things continue as they were from the beginning of the creation.

# Biblia Sacra Vulgata

---

3:5 For this they willingly are ignorant of, that by the word of God the heavens were of old, and the earth standing out of the water and in the water:

3:6 Whereby the world that then was, being overflowed with water, perished:

3:7 But the heavens and the earth, which are now, by the same word are kept in store, reserved unto fire against the day of judgment and perdition of ungodly men.

3:8 But, beloved, be not ignorant of this one thing, that one day is with the Lord as a thousand years, and a thousand years as one day.

3:9 The Lord is not slack concerning his promise, as some men count slackness; but is longsuffering to us-ward, not willing that any should perish, but that all should come to repentance.

3:10 But the day of the Lord will come as a thief in the night; in the which the heavens shall pass away with a great noise, and the elements shall melt with fervent heat, the earth also and the works that are therein shall be burned up.

3:11 Seeing then that all these things shall be dissolved, what manner of persons ought ye to be in all holy conversation and godliness,

3:12 Looking for and hasting unto the coming of the day of God, wherein the heavens being on fire shall be dissolved, and the elements shall melt with fervent heat?

3:13 Nevertheless we, according to his promise, look for new heavens and a new earth, wherein dwelleth righteousness.

3:14 Wherefore, beloved, seeing that ye look for such things, be diligent that ye may be found of him in peace, without spot, and blameless.

3:15 And account that the longsuffering of our Lord is salvation; even as our beloved brother Paul also according to the wisdom given unto him hath written unto you;

3:16 As also in all his epistles, speaking in them of these things; in which are some things hard to be understood, which they that are unlearned and unstable wrest, as they do also the other scriptures, unto their own destruction.

3:17 Ye therefore, beloved, seeing ye know these things before, beware lest ye also, being led away with the error of the wicked, fall from your own stedfastness.

3:18 But grow in grace, and in the knowledge of our Lord and Saviour Jesus Christ. To him be glory both now and for ever. Amen.

aduentus eius ex quo enim patres dormierunt omnia sic perseuerant ab initio creaturae 3:5 latet enim eos hoc uolentes quod caeli erant prius et terra de aqua et per aquam consistens Dei uerbo 3:6 per quae ille tunc mundus aqua inundatus periit 3:7 caeli autem qui nunc sunt et terra eodem uerbo repositi sunt igni seruati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum 3:8 unum uero hoc non lateat uos carissimi quia unus dies apud Dominum sicut mille anni et mille anni sicut dies unus 3:9 non tardat Dominus promissi sed patienter agit propter uos nolens aliquos perire sed omnes ad paenitentiam reuerti 3:10 adueniet autem dies Domini ut fur in qua caeli magno impetu transient elementa uero calore soluentur 3:11 cum haec igitur omnia dissoluenda sint quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus et pietatibus 3:12 expectantes et properantes in aduentum Dei diei per quam caeli ardentes soluentur et elementa ignis ardore tabescent 3:13 nouos uero caelos et nouam terram et promissa ipsius expectamus in quibus iustitia habitat 3:14 propter quod carissimi haec expectantes satis agite immaculati et inuiolati ei inueniri in pace 3:15 et Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini sicut et carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis 3:16 sicut et in omnibus epistulis loquens in eis de his in quibus sunt quaedam difficilia intellectu quae indocti et instabiles deprauant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem 3:17 uos igitur fratres praescientes custodite ne insipientium errore transducti excidatis a propria firmitate 3:18 crescite uero in gratia et in cognitione Domini nostri et saluatoris Iesu Christi ipsi gloria et nunc et in die aeternitatis amen